BIBLIA

SACRA,

Ex poſtremis doctorum
vigiliis, ad Hebraicam
veritatẽ, & probatiſs.
exemplariũ fidem,

*Cum Hebraicorum nominum
interpretatione.*

LVGDVNI,
APVD
GVLIEL.
ROVIL-
LIVM.

M. D. LXIII.

De Dn Man Diaz Pintado Colegial de Cinsig
ne de Sn Bernardino de la Ziud de Toledo año
de 1727

ORDO LIBRORVM

VETERIS TESTAMENTI.

Geneſis	1	*Eccleſiaſtes*	645
Exodus	70	*Canticum canticorum*	649
Leuiticus	119	*Liber Sapientiæ*	652
Numeri	152	*Eccleſiaſticus*	661
Deuteronomium	185	*Iſaiæ prophetia*	698
Iosue	215	*Ieremia*	737
Liber Iudicum	239	*Baruch*	707
Ruth	265	*Ezechielis*	753
Regum primus	271	*Danielis*	835
Regum ſecundus	388	*Oſee*	856
Regum tertius	376	*Ioelis*	862
Regum quartus	378	*Amos*	865
Paralipomenon primus	410	*Abdiæ*	870
Paralipomenon ſecundus	433	*Iona*	875
Eſdræ primus	465	*Michea*	874
Eſdræ ſecundus	474	*Nahum*	878
Eſdræ tertius	486	*Habacuc*	881
Eſdræ quartus	499	*Sophonia*	883
Tobias	511	*Aggæi*	886
Iudith	531	*Zacharia*	888
Eſther	542	*Malachia*	895
Iob	555	*Machabæorum primus*	897
Liber Pſalmorum	575	*Machabæorum ſecundus*	913
Prouerbia Salomonis	625		

Hos Veteris Teſtamenti Libros Chriſtus Ieſus in Legem, Prophetas, & Pſalmos, ſimpliciſſimè partitus eſt, Matthæi ſeptimo, vndecimo & vigeſimoſecundo, & Lucæ vltimo. Hæc ſunt, inquit, verba quæ locutus ſum ad vos cùm adhuc eſſem vobiſcum, quoniam neceſſe eſt impleri omnia quæ ſcripta ſunt in Lege Moyſi, & Prophetis, & Pſalmis, de me. Quam diſtinctionem ſecuti ſunt Apoſtoli, patréſq; noſtri Latini. Nec ab hac aliena eſt Hebræorum diſtinctio, Thorah, vocãtium, Legem, Cherubim, Prophetas, Nebiim, Hagiographa, inter quæ & Pſalmi Dauid numerantur: author eſt Hieronymus in Prologo quem præpoſuit Libris Regum.

ORDO LIBRORVM

NOVI TESTAMENTI.

Euangelium ſecundum Matthæum
Euangelium ſecundum Marcum
Euangelium ſecundum Lucam
Euangelium ſecundum Ioannem
Acta Apoſtolorum
Pauli Epiſtola ad Romanos
Ad Corinthios prima
Ad Corinthios ſecunda
Ad Galatas
Ad Epheſios
Ad Philippenſes
Ad Coloſſenſes
Ad Teſſalonicenſes prima
Ad Teſſalonicenſes ſecunda
Ad Timotheum prima
Ad Timotheum ſecunda
Ad Titum
Ad Philemonem
Ad Hebræos
Iacobi Epiſtola
Petri Epiſtola prima
Petri Epiſtola ſecunda
Ioannis Epiſtola prima
Epiſtola Ioannis ſecunda & tertia
Iudæ Epiſtola
Apocalypſis.

INDEX TESTIMONIORVM

A CHRISTO ET APOSTOLIS IN NOVO TEſtamento citatorum ex Veteri, quæ huc in id congeſta ſunt, vt pij lectores natiuam quorundam intelligentiam facile aſſequi valeant, quę ab ipſo Chriſto vero interprete & ſpiritu eius per Apoſtolos ſit tradita, perſpiciántque in quem vſum ea adduxerint Apoſtoli & Euangeliſtæ.

GENESIS.

1 d Maſculum & fœminam fecit eos. Mat. 19.a Mar.10.a
2 a Requieuit Deus die ſeptima ab omnibus operibus ſuis. Hebr. 4.b
2 b Factus eſt primus homo Adam in animam viuentem. 1.Cor 15.f
2 d Dimit. homo patrem, & mat. & adhæ. vxo. Mat.19.a Marc.10.a Ephe.5.g 1.Corin.6.d
2 d Erunt duo in carne vna. Mat.19.a Marc.10.a 1.Cor.6.d Ephe.5.g
12 a Exi de terra tua & de co.tua Actu.7.a
12 a Et in ſemine tuo benedicentur omnes gentes Actu.3.d Galat.3.b
15 b Sic erit ſemen tuum. Roma.4.e
15 b Credidit Abraham Deo, & reputatum eſt illi ad iuſt. Ro.4.a. Ia.2.d Ga.3.a
15 c Erit ſemen tuum peregri.in ter. non ſua Actu.7.a
17 a Quia pat.multa.gētiū cōſt.te. Ro.4.c
18 b Secūdum hoc tempus veniam, & erit Saræ filius. Rom.9.b
21 b Eiice ancillam & filium eius. Gal.4.b
21 b In Iſaac vocabitur tibi ſemen. Ro.9.b
22 c Niſi benedicens benedicam te, & multiplicans &c. Hebr.6.c
22 d Quia benedicentur in te omnes gentes. Galat.3.b Actu 3.d
25 c Quia maior ſeruiet minori. Ro.9.c

EXODVS.

3 b Ego ſum Deus Abraham &c. Mat.22.c Marc.12.c Luc.20.f
9 d In hoc ipſum excitaui te, vt oſtendam in te potentiam meam. Rom. 9 d
12 g Os non comminuetis ex eo. Ioan. 19.f
13 a Omne maſcul.adap.vuluam. Luc.2.d
16 d Qui multū nō abūdauit. &c. 2.Co.8.c
20 c Non mœchaberis. Mat.5.d
20 c Non adulterabis, Non occides, Non furtum facies, Non loque. contra proxi.tuum falſum teſt. Non concupiſ. Ro 13.c
20 c Non concupiſces. Rom.7 b
20 c Non occides. Mat.5.c Luc.18.d
20 c Honora patrem tuum & matrē tuam Mat.15.a Marc.7.b Ephe.6.a
21 c Qui maledixerit patri ſuo vel matri morte moriatur Mat.15.a Mar.7.b
21 c Oculū pro ocu.dentē pro dēte. Mar.5.f
22 d Principi populi tui non male. Act.23.a
24 c Hic ſanguis teſtamenti, quod mandauit ad vos Deus. Hebr.9.c
25 g Vide, omnia facito ſecundum exemplar quod tibi oſtenſum eſt &c. Heb 8.b Acto.7.f
32 a Fac nobis deos qui pcedāt nos. Act.7.d
33 d Miſerebor cui voluero &c. Ro.9.c
34 d Non ſicut Moyſes ponebat velamen ſuper faciem. 2.Cor.2.c

LEVITI.

11 g Sācti eritis, qīa ego ſctūs ſum. 1.Pet.1.c
18 a Qui fecerit homo, viuet in eo. Rom. 10.b Gala.3.b
19 c Non periurabis. Mat.5.e
19 d Diliges proximum tuū ſicut teipſum Rom.13.d Gala.5.c Iacob.2.b Mat.22.d Marc.12.c
19 d Diliges proximum tuum. Mat.5.g
20 b Qui maledixerit patri &c. Mat.15.a
24 d Oculum pro oculo. Mat.5.f
26 b Quoniam inhabitabo in illis, & ambulabo inter eos. 2.Cor.6.d

NVMERI.

9 b Os non comminuetis ex eo. Ioan.19.f

DEVTER.

4 d Etenim Deus noſter ignis conſumens eſt. Hebr.12.g
5 b Non concupiſces. Rom.7.c.13.c
5 b Non occides. Mat.5.c Luc. 8.d
5 b Non mœchaberis. Mat.5.d. Luc.18 d
5 b Non furtum facies. Luc.18.d. Rom.13.c
5 b Non loqueris contra proxi.tuum falſum teſtimonium. Lu 18.d Ro.13.c
5 b Honora patrem & matrem. Mat 15.a Mar.7.b. Ephe 6.a
6 a Audi Iſrael, Dominus Deus tuus Deus vnus eſt. Marc.12.c
6 a Dili.dn̄m Deum tuum ex to.cor.&c. Mat.22.d. Marc.12.c Luc.10.d
6 c Dominum Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſeruies. Mat.4 b. Luc.4.b

LIBER GENESIS,

Hebraicè Bereſith.

CAPVT I.

A IN PRINCIPIO
Act.14.c creauit Deus cælũ
17.f & terram. Terra au
Pſal.32.a tem erat inanis &
135.a vacua, & tenebræ
erant ſuper faciem
abyſſi, & ſpiritus
=Domini ferebatur
=Dei. ſuper aquas. Dixitque Deus, ‖ Fiat lux.
Eccle.18.a Et facta eſt lux. Et vidit Deus lucẽ quòd
Heb.11.a eſſet bona: & diuiſit •lucẽ à tenebris: ap
•Deus pellauitque lucem diem, & tenebras no
ctem: factúmque eſt veſpere & mane
dies vnus. Dixit quoque Deus, Fiat fir-
mamentum in medio aquarum: & di-
uidat aquas ab aquis. Et fecit Deus fir-
mamentum, diuiſitq; aquas quæ erant
Pſal.135.a ſub firmamento, ab his ‖ quæ erant ſu-
Iere.10.b per firmamentum. Et factum eſt ita. Vo-
Pſal.148.a cauitque Deus firmamẽtum, cælum: &
& 32.b & factum eſt veſpere & mane dies ſecun-
dus. Dixit vero Deus, Congregentur 88.b 135.b
aquæ quæ ſub cælo ſunt in locũ vnum: Iob.38.a
& appareat arida. Et factum eſt ita. Et
vocauit Deus aridam, terram, congrega
tionéſq; aquarum appellauit maria. Et B
vidit Deus quòd eſſet bonum, & ait, ger
minet terra herbam virentẽ & facien-
tem ſemen, & lignum pomiferũ faciens
fructum iuxta genus ſuum, cuius ſemẽ
in ſemetipſo ſit ſuper terram. Et factum
eſt ita. Et protulit terra herbam viren-
tem, & facientem ſemen iuxta genus
ſuum, lignúmq; faciens fructum, & ha-
bens vnumquodq; ſementem ſecundũ
ſpeciem ſuam. Et vidit Deus quòd eſſet
bonum. Et factum eſt veſpere & mane
dies tertius. Dixit autem Deus, Fiant
luminaria in firmamento cæli, & diui-
dant diem ac noctem: & ſint ‖ in ſigna Pſal. 135.
& tempora, & dies & annos: vt luceant
in firmamento cæli, & illuminent terrã.
Et factum eſt ita. Feciſque Deus duo lu-

oriretur in terra, omnémq; herbam regionis priuſquã germinaret: non enim pluerat dominus Deus ſuper terram, & homo non erat qui operaretur terrã: ſed fons aſcendebat è terra, irrigans vniuerſam ſuperficiem terræ. Formauit igitur
B dominus Deus hominẽ de limo terræ, & inſpirauit in faciem eius ſpiraculum
1.Cor.15.f vitæ, & ‖factus eſt homo in animam viuentem. Plantauerat autẽ dominus De⁹ paradiſum voluptatis à principio, in quo poſuit hominem quẽ formauerat. Produxitq; dominus De⁹ de humo omne lignum pulchrũ viſu, & ad veſcendũ ſuaue, lignum etiã vitæ in medio paradiſi, lignũmq; ſcientiæ boni & mali. Et fluuius egrediebatur de loco voluptatis ad irrigandum paradiſum, qui inde diuiditur in quatuor capita: nomen vni
Eccle.24.e ‖Phiſon. ipſe eſt qui circumit omnẽ terram Heuilath, vbi naſcitur aurũ, & aurum terræ illius optimũ eſt, ibíq; inuenitur bdelliũ, & lapis onychinus. Et no-
C men fluuij ſecundi Gehon. ipſe eſt qui circumit omnẽ terram Æthiopiæ. Nomen verò fluminis tertij, Tigris. ipſe vadit contra Aſſyrios. Fluuius autẽ quartus, ipſe eſt Euphrates. Tulit ergo dominus Deus hominẽ, & poſuit eum in paradiſum voluptatis, vt operaretur, & cuſtodiret illum: præcepitq; ei, dicens, Ex omni ligno paradiſi comede: de ligno autẽ ſcientiæ boni & mali ne comedas. In quocunq; enim die comederis ex eo, morte morieris. Dixit quoque dominus Deus, Non eſt bonũ hominem eſſe ſolum: faciamus ei adiutoriũ ſimile ſibi. Formatis igitur dominus Deus de humo cunctis animantibus terræ, & vniuerſis volatilibus cæli, adduxit ea ad Adam, vt videret quid vocaret ea. omne enim quod vocauit Adã animæ viuentis, ipſum eſt nomen eius. Appellauítque Adam nominibus ſuis cũcta animãtia: & vniuerſa volatilia cæli, & om-
nes beſtias terræ: Adæ verò nõ inueniebatur adiutor ſimilis eius. ⁼Immiſitq; D
dominus Deus ſoporem in Adam: cúmque obdormiſſet, tulit vnam de coſtis eius, & repleuit carnem pro ea. Et ædificauit dominus Deus coſtam quã tulerat de Adam, in mulierem: & adduxit
eam ad Adam. Dixitq; Adam ‖Hoc nũc 1.Cor.11.b
os ex oſſib⁹ meis, & caro de carne mea: Matt.19.a
hæc vocabitur virago, quoniam de vi- Mar.10.a
ro ſumpta eſt. ‖Quã ob rẽ relinquet ho- Epheſ.5.g
mo patrem ſuũ & matrẽ: & adhærebit 1.Cor.6.d
vxori ſuæ: & erũt duo in carne vna. Erat autem vterque nudus, Adam ſcilicet & vxor eius, & non erubeſcant.

⁼ Immiſit ergo

CAPVT III.

A SEd & ſerpens erat callidior cunctis animantibus terræ, quæ fecerat Dominus Deus. Qui dixit ad mulierem,